



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XLV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

quæ plenè adduxi. Secundo respondeo, non esse ue-
rum, qd maritus administraverit, usq; fuerit de uo-
luntate, & cōsensu mulieris, immò totum trium est
uerius; cū ipsa mulier expressè sibi administrationē,
custodiam, usum, & liberā dispositionē reseruauerit
absq; impedimento, & p̄dictione alicuius personæ, &
sic ēt mariti sui, ut habetur in dicto instrumento. Præ-
terea maritus dī contra uoluntatē uxoris, & illa inui-
ta administrasse, fructusq; percepisse, ex quo ipsa uxo-
re uolente uti, prout sibi ius utendi, & usufructuandi
reseruauit, maritus prohibuit colonos, illis mandan-
do, qd non deberent de fructibus uxori respōdere, sed
solum sibi, & ex hoc dī maritus turbasse, & prohibu-
isse ipsam uxore fructus percipere, ut supra dixi. ¶ Nec
obstat, dū in instrumento prædicto per pactū expres-
sum conuentū fuit, qd do. Alexander maritus, eiusq;
hæredes essent liberi, & absoluti ab omni onere admi-
nistrationis reddendæ, & dicantur absoluti à fructi-
bus perceptis quorumcunq; bonorū &c. per quod pa-
ctum, & per quæ uerba v̄f data licentia marito uten-
di, & administrandi, quia huic oppositioni, quæ est po-
tissima, & magis stringit ad fauorem hæredum mari-
ti responderi potest, f̄ qd debet intelligi in eo casu, in
quo expostfacto constaret de uoluntate, & consensu
ipsius uxoris, ut quia post p̄dictum, dictumque pactum
uxor concessisset marito uti, & administrare, & sic il-
lud pactū debet intelligi in terminis iuris cōmunis,
uidelicet, si postea ipsa mulier consensisset, & uoluis-
set maritū administrare: & hoc est dicendū causa cui
tandæ contrarietatis, quæ semper in dubio debet cui
tari. argum. l. ubi repugnātia. de reg. iur. & c. cum ex-
pediat. de elect. in 6. cum si. nam cum prius sibi mul-
ier reseruauerit usum, administrationē liberā, & dis-
positionē quoad proprietatē, & usufructum tam
in uita, q̄ in morte taliter, qd uidetur uoluisse nullum
alium posse administrare, & uti, ut ibi absque impedi-
mento, & cōtradictione alicuius personæ, deinde im-
mediatē, & successiue fecerit pactum expressum, per
quod uoluit maritum, & eius hæredes esse liberos, &
absolutos à redditione rationis, & administrationis,
ut supra, hoc debet intelligi, uidelicet in casu à iure
cōi concessio, & permissio, hoc est, si expostfacto con-
staret, qd ipsa uxor hoc uellet, & consentiret, ne dica-
tur se incontinenti correxisse, prout in dubio non est
præsumendum. argum. l. non ad ea. ff. de condi. & de-
monst. Prædicta in simili suadentur ex iis, quæ uolūt
Doctores statim allegandi, qui dicunt, f̄ qd si in instru-
mento emphyteosis per pactum expressum fuerit cō-
uentum, qd emphyteota habeat licentiam, & potesta-
tem uendendi, & concedendi rem emphyteoticam,
cuiusq; uoluerit, hoc pactum debet intelligi in ter-
minis iuris communis, uidelicet, dummodo hoc fa-
ciat de uoluntate, & licentia ipsius domini, prout de
iure communi fieri debebat, & sic tale pactum intelli-
gitur secundum naturam ipsius actus, super quo ap-
ponitur, ut uolunt Spec. in tit. de loca. in §. nunc uerò
aliqua. in uerfi. 94. ibiq; Ioan. And. in addit. arg. l. con-
uentionales. ff. de verb. oblig. l. si stipulatus. in prin. ff.
de usur. & l. si qñ. in prin. C. de inoffic. testam. & sequi-
tur Alex. in cons. 106. in 4. uol. in fi. i. col. ita etiam di-
camus in casu nostro. ¶ Accedat id, f̄ quod uolunt
Bart. & doct. alii per illum tex. in l. quero. §. inter loca-
torem. ff. locati. qui dicunt, qd si factum sit pactum de
non expellendo conductorem, intelligitur in termi-
nis iuris communis, uidelicet, dummodo cōductor
non cessauerit per biennium in solutione pensionis:
& ibi Doct. plura alia ad propositum ponunt. Et hæc
confirmantur, quia f̄ uerba contractus, quæ possunt
pluribus modis intelligi, & interpretari, semper de-
bent interpretari contra illum, qui se ex uerbis ipsius

contractus fundat. l. ueteribus. ff. de pact. ibique Be-
c. in præsentia. cum gl. de proba. & not. in c. ex litteris
de sponsalib. ergo cum uerba dicti pacti possint in-
ligi in casu, quo expostfacto constat de uoluntate
suis uxoris, & hoc, ne resulet contrarietas, & hæc
interpretatio faciat contra maritum, eiusq; hæredes
pro quibus facit illud pactum, & qui se in uerbis illis
fundant, sequitur, qd hæc interpretatio contra ip-
serit facienda, & hæc responsio est optima, & realis
pactum, de quo supra, intelligatur in terminis iuris
communis, uidelicet in casu, quo ipse maritus admi-
nistrasset, & fructus percepisset de uoluntate, & con-
missione uxoris per prædicta: sed cum mulier exp-
facto nunquam consenserit, nec uoluerit maritū
ministrare, nec fructus percipere, immò contrari-
semper uoluerit secundum ea, quæ mihi in facto
ponuntur, sequitur, qd standum est primè conuen-
ni, & declarationi, seu reservationi factæ, per quæ
uxor sibi usum, & administrationem liberam retin-
uit, & dum in dicto instrumento, siue pacto ad fa-
rem mariti, eiusq; hæredum factū dicitur, ita qd
ipsis usufructibus eorundem bonorum quocunq;
modo perceptorum, & administratorum &c. & ex
bus uerbis generalibus, & pręnantibus uidetur
dum, qd etiam si contra uoluntatem mulieris man-
administrasset, tamen illud pactum debeat habere
sectum, ut dixi supra in tertio fundamento partis
23 uerba, dico, f̄ qd illa uerba generalia, & geminata qd
modocunq; administratorum, & perceptorum
bent intelligi, & regulari secundum ius commune
in casibus regularibus, non autem in casibus spec-
bus, & contra regulas iuris: nam hæc uerba, quom-
docunq; & qualitercunq; non includunt casus
speciales, & in quibus à iure mentio specialis re-
tur, ut in c. 2. ad fin. de præben. in 6. ibique Petr. de
char. & Domin. de S. Gemin. & faciūt not. per Phil-
pum in c. ad hoc. de appella. & consequenter debet
intelligi hæc uerba de bonis perceptis, & adminis-
tis quomodocunq; de uoluntate, & consensu ipsius
uxoris, uidelicet siue expressè, siue tacitè secundum
pra dicta. Et per hæc apparet respōsum primo, secun-
do, & tertio fundamento, quæ erant in uoluntate
ris fundata, & quæ idem præsupponebant. Nec ob-
id, quod uoluit Bar. in d. cons. 125. quia ipse loquitur
in casu, quo maritus fructus etiam naturales perce-
set de uoluntate uxoris. Præterea Bart. ibi non negat
quin maritus teneatur reddere rationē in casibus in
pra per me notatis, & pōderatis, ut uolunt, & præ-
ponunt doctores cōiter, ut supra dixi. Vltimo Bart.
d. cōf. nō iuit perfectè loquutus, ut colligitur ex no-
per Alex. in d. l. pen. & in dictis consiliis supra alleg-
tis. Ex quibus uidetur indubitanter concludendum
ad fauorem dictæ mulieris contra hæredes do. Al-
xandri mariti præfatæ dominæ Aloyiæ. Laus Dei.

S V M M A R I U M.

- 1 Mulier propter inopiam, longamq; absentiam mariti potest
ad dotem sibi restituendam, uel in tuto collocandam contra
redes soceri, qui se in solidum cum marito pro dote restitue-
obligauit, & decessit, filio marito dictæ mulieris solus
quinquaginta iure institutionis relictis cum prohibitione, quæ
plus petere non possit sub pena priuationis relictis.
Etiam si soceri hæreditas esset copulensissima. num. 3.
Idem, si uir suus à socero fuisset exheredatus. num. 4.
- 2 Immo etiam contra socerum uiuentē ob filij inopiam agere potest
maritus, constante matrimonio, adulterium committens postea
uxore de crimine adulterij coram iudice ecclesiastico accusa-
ad thori separationem, dotisque suæ restitutionem.

ΕΡΙΤΟΜΗ habetur supra in summario sub ti-
mero 1. *in iure ob relictis non*

CONSILIVM XLV.

Pater focer, & filius maritus pro dote restituenda in casu soluti matrimonii, vel vergetia ad inopiam mulieri se in solidum obligauerunt, deinde maritus cepit male vri substatia sua, & patris, cuius bona dissipauit, adeo qd ille conditio longe deterior facta sit, quam esset tempore contracti matrimonii. Quo factum fuit, ut a ciuitate Bononie se absentauerit, & ab hinc annis septem, & ultra nulla de eo notitia habita fuerit, & an uiuat, nec ne, dubitetur. Vxor per aliquos annos in domo loceri permanserit, ibiq; alimeta perceperit. Deinde focer die suum clausit extremum, condito prius testamento, in quo iter alia haeredes vniuersaliter alios filios suos instituit, dicto autem filio marito nurus praefata lega uit, & reliquit forte etiam iure institutionis libras quinquaginta cum prohibitione, qd plus petere non posset, & in casu, quo aliquid plus peteret, & exigere vellet ab haeredibus suis, sic illum dicto relicto priuabat. Cum que mulier hac iuuenis esset, & filiis careret atq; honeste in domo foceris cum haeredibus viuere non posset sapienter amicabiliter dictos haeredes post aditam haereditatem paternam requisit, ut ipsi mulieri contra haeredes foceris ob inopiam, & absentiam viri, cuius conditio deterior est effecta, aliquo iuris remedio sit succursu, & praecipue remedio l.vbi. C. de iure dot. & l. si constan te. ff. solu. matrim. & concludendum esse de iure mihi videtur, qd contra haeredes foceris pp inopiam dicti sui mariti mulier agere possit, ut dos sua sibi restituatur, uel saltem in tuto collocetur, ut vbi probare tex. secundum intellectum Bal. nouelli in d. l. si constante. §. si exhaeredato, & per eum in suo tracta. dotis in 7. parte priuileg. 32. & sequen. & Modern. Bonon. in suo tracta. dotis in 3. parte q. 64. quoniam si si eius focer viueret, mulier ob inopiam eius filii agere posset contra focerum, cui in hac specie inopia filii noceret, ad tradita per Modern. repentes, in c. per vestras. §. 32. nu. 1. extra de dona. inter vir. & vxor. & quauis tex. in d. l. si constante. §. si exhaeredato, locum habeat in marito, qd ob exhaeredatione paternam euidenter pauper censetur effectus, sequuta additione haereditatis paternae. d. §. si exhaeredato. tamem in casu, de quo agitur, ultra qd maritus euidenter, viuentem focerem, inops factus esset, ut in facto praesupponitur, etiam de ipsius inopia longe clarius apparet post mortem foceris, qd filio soli libras quinquaginta reliquit cum onere, qd nihil ultra petere posset. Ex quo nec tanquam praeteritus, nec tanquam exhaeredatus potest testamentum patris rumpere, cum in certa minima quantitate, ut supra, fuerit institutus, ut in authen. vt cum. de appel. cogno. in §. aliud quoq; capitulum. & p. scrib. in auth. ex ca. C. de lib. & posthu. Et si licet patris haereditas esset opulentissima, & sic ad dotis restitutionem sufficiens, tamen qd post mortem foceris non est plene ipsi mulieri constitutum, cum dos sua non sit mensura penes maritum inopem, cui solum quinquaginta fuerit a patre relicta, & consequenter ipse est impotens ad onera matrimonii substatia, ideo aequitati conueniens esse videtur, ut ex aequitate. d. l. si constante. in prin. & d. §. si exhaeredato. mulieri subueniret aduersus haeredes foceris, qui in solidum ut supra, se obligauerat, pro ipsius dotis recuperatione, vt onera matrimonii substatia posset, alioquin facile sequi posset, qd mulier dotem suam perderet, aut fame periret, nec sibi prodessent tot priuilegia a iure mulieribus tradita pro dotibus conseruandis, & pro sustentendis oneribus matrimonii, iuxta d. l. ubi adhuc. §. illud. in authen. de aequal. dot. & l. 1. ff. solu. matri. Praterea t quado maritus mulieris fuit a patre, qui dotem rece

pit, exhaeredatus, proditum est remedium ipsi marito contra haeredes patris, vt fauore dotis possit contra illos haeredes agere per utile iudicium familiae hereticundae, ut in l. 2. respon. 2. cum ibi not. ff. de dote preleg. & ibi Bart. & Cyn. in l. 2. post gl. C. fam. hereticu. & hoc solum speciali fauore dotis, & mariti, ergo & in casu nostro, in quo maior, nel saltem eadem aequitas suggerit, dicendum est, qd eodem fauore dotis, & mulieris, ut se ex fructibus dotis alere queat, propter inopiam longam qua absentiam mariti ipsa possit agere contra haeredes foceris obligati, qui bona pro dote obligata possident, vt colligitur ex verbis Bald. nouelli in d. tracta. in 7. parte, priuileg. 31. & sequen. per rex. in d. §. si exhaeredato. nam ex persona haeredum conditio obligationis non mutatur, nec alteratur. l. 2. §. ex his. ff. de uerb. obliga. Rursus per rex. in d. §. si exhaeredato. prouisum fuit principaliter mulieribus, ut dotes suae sint saluae, & possint oneribus matrimonii seruire, qd exhaeredato viro a patre, qui simul dotem recepit, post aditam haereditatem mulier possit agere contra haeredes foceris, adhuc viuentem marito, ad dotis recuperationem, quoniam cum ipsa videat uirum suum iam diu absentem, & a patre bonis haereditatis suae priuatum, & sic verisimiliter, immo certe impotentem ad subeundum onera matrimonii, iustum, & aequum esse videtur, ut ipsi uxori derelicta succurratur, eaq; possit dotes suas ab haeredibus foceris, ut supra, obligati petere, & exigere, non refragantibus quibusdam regulis iuris rigorosis, quibus dici poterat, vxor hoc in casu non posse ad dotis restitutionem contra haeredes agere, quoniam dotis causa regulariter est a regulis iuris exempta, & semper praecipua fauore matrimonii. d. l. 1. & late per Bal. in d. priuileg. 32. cuius dicta optime casui nostro inserviunt. Ultimo si verum est, ut in facto praesupponitur, qd hoc in casu maritus constante matrimonio adulterium commisit, videtur, qd de iure uxor illi accusare possit coram iudice ecclesiastico de crimine adulterii ad thori separationem, dotisq; suae restitutionem, ut in c. tunc. de procurat. c. 1. extra ut lite non contestata. cum alijs ibi allegatis. Ergo postea absq; dubio mulier ipsa agere poterit contra haeredes sui foceris ad dotis restitutionem, ex quo focer se obligauit in solidum cum marito eius filio ad dotis restitutionem in casibus, in quibus dos mulieri de iure est restituenda, & hic est unus de casibus, in quibus dos viuente marito, est uxori restituenda, ut i dictis iuribus. Hec breuiter p. nunc dixisse uolui.

S V M M A E.

- 1 Pignoris, seu datoris iure extincto, ius quoq; pignoris, & accipientis resoluitur. & an, & quando hoc sit uerum. nu. 23. & 24.
- 2 Re ad auctorem, seu venditorem de necessitate, vel ex facto voluntario debitoris, seu emptoris ad hoc directe non ordinato. vruer sa, ius pignoris, & omne aliud grauenon interim per emptorem, & debitorem in illa re impositum resoluitur, atq; extinguitur. Quid si factum illud esset & voluntarium, & ad hoc ordinatum, & quomodo tale factum dicatur. nu. 24. & 26.
- 3 Auctor meus qua ratione te vincit, ego eadem te vincere debeo: & quando hoc sit verum, & quando secus. nu. 28. & 30.
- 4 Debitor non potest respectu pignoris plus iuris in creditorem suum, vel singularem successorem transferre, quam ipse in re pignoriata haberet.
- 5 Vincentem si re vinco, multo magis te vinco, & an, & quando hoc sit verum. num. 31.
- 6 Creditori agenti hypothecaria contra tertium possessorem non habent causam a principali debitore, quid probandum, ut contra illum obtineat, & num. 32. ubi plene.
- 7 In hypothecaria quis tanquam prior, & potior praefertur, si ego obligauit Titio omnia bona mea praesentia, & futura, deinde a Caio fundum acquisierim, quem ipse prius, post tamen obligationem a me Titio factam, Sempronio obligauerat, an Titius, an vero